



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

De propria regula, & constitutionibus his assiduè legendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

munus missas celebrandi suscipiat. Cum qua praefecta, praepositauè solum; nec verò cum alijs monialibus colloquantur, tam de rebus scilicet, quæ ad suum munus solum modo pertinent.

Idemque hoc de genere toto à monialibus seruetur, pœna tum illis, tum Capellanis proposita, Episcopi arbitrio.

22 Quibus verò Confessarijs, Capellanis uè Sacerdotibus aliquid annui stipendij ad vitæ sustentandæ usum Episcopi permissu dandū videbitur, id omninò certa pecuniæ summa detur; nisi aliquãdo Episcopus aliter concesserit, nempè loco pecuniæ triticum, uel uinum, uel aliquid eiusmodi dari.

23 Praefecta monialiū neminè ad monasterij famulatū, & procuracionē admittat, cuius aetas, & mores earum Superiori probati nō sint.

Eiusdem èt superioris sit approbatio eorum, qui nūc monialibus inseruiunt. Quo in numero medici, tōsores, furno, aut pistrino praepositi, ceteriq; omnes intelligātur quibus in monialiū septa introeundū sit.

24 Qui monasterij res procurāt, quotañis suæ administrationis rationem reddāt ijs, quos diximus: & ad duos mēses bonis praedibus caueāt Cancellarijs Episcoporū, se fideliter rationē reddituros suæ administrationis, quod si facere neglexerint, officio priuati censeantur.

25 Monasterij vniuscuiusq; curatoribus, procuratoribus, patronis, defensoribus ab Episcopo certæ regulæ praescribantur: ex quibus cognoscāt singulas muneris sui partes. ij verò curatores, & id generis ministri ab Episcopo singulis monasterijs, curæ suæ subiectis, illos non habentibus, constituantur: ità tamen, ut eiusdem Episcopi arbitratu à muneris illius cura omnes, & singuli semper amoueri queant.

26 Bonorum & iurium omnium, ad monasterium quodcumque, etiam regularibus subiectum, pertinentium, inuentarium, probabili forma conscriptum, sex mensium spacio, ad archiuum Episcopale ab ijs, quorum interest, deferatur, ne fraus villo modo fiat, numero monialium ab Episcopo praefinito.

Quamobrem si quas etiam alienationes eorum bonorum, iuriumque fieri deinceps contigerit, de ijs Episcopus certior fiat.

27 In Parochialibus Ecclesijs, quæ monialium monasterijs annexæ sunt, perpetui Vicarij, ex formula Tridentini Concilij praescripta, ab Episcopis constituantur.

1. Ibidem.

4. Ibidem.

4. De Monia.

1. Ibidem.
Sess. 7. cap. 7.
Sess. 25. c. 11.
de reg. & Monial.

De propria Regula, & Constitutionibus, his assidue legendis.

S V M M A R I V M.

- 1 Regule monasteriorum quando monialibus legenda.
- 2 Constitutiones conciliares quando eis quoque euulganda.

Ecc 2 Ee

- 3 *Ex præfecta exemplo, & auctoritate seruandæ.*
- 4 *A Confessoribus, vulgariter reddita, explicandæ.*
- 5 *Ab ijs etiam obseruandæ, quæ arctiori regula adstringuntur.*

r. De Prop.
reg. & const.
his assid. leg.



Via moniales, quæ professæ sunt, non solum Dei, & sanctæ Ecclesiæ præcepta, quæ Christianis omnibus præscripta sunt; sed etiam suæ regulæ, & ordinis leges, & instituta seruare debent; operæ pretium erit, illis suæ vocationis, & professionis debitum officium in memoriam quam sæpissimè reuocare. Ideò in virtute sanctæ obedientiæ

præcipimus, vt in singulis monasterijs ab aliqua moniali, cæteris professis audientibus, quotidie legatur saltem caput vnum constitutionum regulæ, aut ordinis, cui adstrictæ sunt, cuius lectionis initium fiat à primo, & ita procedatur ad extremum; ac deinceps ad primum caput redeatur: vt eodem ordine, ac progressionem seruata, numquam sacræ huiusmodi exercitationis vsus intermittatur.

2 Præterea has etiam constitutiones frequenter legi iubemus, vt crebra salutarium præceptorum comemoratione moniales in obeundo suo munere diligentiores euadant.

3 Qua in re præfectam monemus, ut cæteras ad summam legum obseruationem non minus exemplo suo inuitet, quam auctoritate compellat.

4 Denique præcipitur omnibus monialium confessoribus, ut illis vniuersis semel legant, & explicent omnia hæc decreta: quæ in vulgarem sermonem conuersa, ad communem prouinciæ utilitatē primo quoque tempore curabimus edenda: eaque vt omnino, quemadmodum debent, seruent, vehementer cohortentur.

5 Quæ moniales arctioribus constitutionum regulæ que vinculis adstrictæ viuunt; non is animi nostri sensus, vt ab illis, susceptæ vitæ institutis discedant, sed vnà cū ijs hæc quoque decreta ab illis seruari iubemus.

De Censuris.

S V M M A R I V M.

- 1 *Excoicatis denunciandis, quod Ep̄i, & quod Parochi officium. 8.*
- 2 *Excommunicati, tribus mensibus in excommunicatione permanentes, quibus Episcopis denunciandi; quibus illorum absolutio significanda.*
- 3 *Excommunicationem per annum sustinentes, vt plectendi. Interdictum & denunciatio Paschæ tempore non communi cautum, quæq; cautione illud relaxandū. De sanctæ Euch. in Eccl. adm. nu. 8.*
- 4 *Interdicti. T. moniti, vt ab Ecclesia exeant, si non obedierint, Excommunicatiq; a Sede Apostolica tantum absoluenadi.*

Inter-